

**Memorandum**  
**Omnibus Orationem Novendialem Orantibus**  
**Pro Sacro Cardinalium Collegio**  
**in Conclavi Congregato**  
**Ad Romanum Pontificem Eligendum**  
**Die XXIX Mensis Aprilis MMXXV**

In Congregatione Generali feriae secundae peractae, die XXVIII mensis Aprilis, Sacrum Cardinalium Collegium initium Conclavis statuit, nempe diem VII mensis Maii, anno hoc MMXXV. Gravitate huius rei habita, Nos rogamus omnes Christifideles Orationem Novendialem completuros in die V veniente mensis Maii, ut statim secundam Novenam incipient, nullo modo eandem cessent usque ad Sancti Petri Successoris electionem. Qui iamiam Novenam oraverint a die XVI mensis Aprilis, sequantur quo coeperint. Lectores qui nondum Novenam oraverint, hortamur ut sine mora incipient.

Gratias omnibus adhuc Novenam orantibus vel nunc eandem incipientibus agimus. Fortiter confidere Dominam Nostram de Guadalupe nobis intercessuram esse possumus, ut bonus et sanctus Ecclesiae Vniversalis Pastor eligatur.

Raymundus Leo S.R.E. Cardinalis BVRKE  
Die XXIX mensis Aprilis MMXXV